



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalivm Qvi  
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev  
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantùm ob  
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche posay, Henri-Louis Chasteigner de  
Tolosae, 1614**

Ab Adriano VI. Creati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10735**

AUGVSTINVS TRIVVLTIVS Mediolanensis ex Episcopo Tolonensi & Baiocensi Cardinalis, scripsit, indefesso propemodum studio,

Historiam Pontificum per succiduam successio-  
nem ad Paulum 3. deductam, quam morte pre-  
occupatus typis mandare non potuit. Eaque  
Onuphrius Panuinius qui Pontificum historiā  
densissimis ob sessam tenebris illustrauit, non  
mediocriter usus est. Obiit Romæ anno 1548.  
Sepultus in æde S. Mariæ de Populo.

## AB HADRIANO VI. CREATI.

VVILLELMVS ENCKENVVOERTIVS Belga  
ex Episcopo Dertufensi Cardinalis, scripsit

Orationem ad Theologiæ facultatem Louaniensem.  
Romæ iacet in æde S. Mariæ de anima  
cum hoc Epitaphio.

Vvillermo Enckenvvoertio Brabantino S. R. E. presbytero  
Cardinal, qui plurimis Romanæ Republicæ magistratibus, &  
Germaniæ procuratione integerrime functus ab Hadriano 6. Pont.  
Maximo, cuius item res administraverat libellis dandis & Ec-  
clesiæ Dertufensi præfectus, & in Cardinalium Collegium clara  
benevolentia in dicto translatis in eum pristina suæ dignitatis insi-  
gnibus solus cooptatus. Deinde etiam à Clemente 7. Ecclesiâ Traie-  
tensi honestatus est. Carolo quinto Imperatori libentiss. quem ab  
illo coronam Imperij accipientem inunxit, qui que beneficiorum me-  
mor Hadriani cadauer è Petri Basilica in hanc ædem cuius con-  
struendæ & ornandiæ adiutor fuit, sepulchro posito transferri  
curauit, in egenos & in omnes homines beneficentissimo. Ioannes  
Dominicus Tranensis, Antonius Sanseuerinus Cardinales, & Pe-

trus Vorstius Episcopus Aquensis, Andreas Castillo scriptor Apostolicus ex testamento posuere. Vixit annos 70. mortem obiit 1534.

## A CLEMENTE VII. CREATI.

BENEDICTVS ACCOLTIVS Aretinus Cardinalis, ad quem Bembi, Sadoleti, Pauli Manutij, & Cælii Calcagnini plures leguntur Epistolæ, omnem penè Ciceronis phrasin, ut ex eius operibus liquet, assecutus est; nec minore felicitate numeros latinos attigit, doctos summopere coluit, præsertim Picum Mirandulanum, Molzam, Pierum Valerianum, Vbaldinum, Octauium Pantagathum, Giraldum, Paulum Manutium, Robertellum & alios: scripsit autem purgatissimè

De bello sacro libros 4.

Libellos quosdam ut refert Giraldus.

Epistolas multas, quarum quinque habes inter Epistolas clarorum virorum & illas Sadoleti.

Carminaque mirâ concinnitate cōposita, quinque Etruscorum Poetarum carminibus partim indita. Obiit Florentiæ anno 1549. ibidemque sepultus est.

ANTONIVS DE PRATO, ex Archiepiscopo Senonensi & Galliarum Cancellario Cardinalis, scripsit Acta Senonensis Synodi, ultimo Conciliorum tomo inserta.

Orationesque aliquot, ut notat Franciscus à Crucce Cænomanensis. Iacet in Cathedrali Senonensi cum hoc Epitaphio.

